Sobiekurski Skorkiewskim Coniugibus Recognitionem Roborat.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Stanislaus Sobiekurski sanus mente et corpore existens a Terris districtibus viribusque dominibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni officii praesentis Castrensis Premisliensis quoad Acta praesentia attinet totaliter et plenarie incorporans atque subiiciens palam libere publice ac expresse recognouit. Quia ipse se et suos successores in et super bonis suis quibusvis omnibusque et summisque pecuniariis habitis et habendis Generoso Stanislao Skorkiewski et Barbarae coniugibus eorumque posteris inscribit et obligat praesentibus recognitionem certam manualem in rem praefatorum Generosorum Stanislai Skorkiewski et Barbarae Coniugum ratione quarumcunque rerum et conditionum in eadem recognitione contentarum de Actu et data Premisliae die hodierna actibus praesentibus confectam et conscriptam manu eiusdem regnantis subscriptam et sigillatam in omnibus et singulis eiusdem recognitionibus conditionibus punctis clausulis articulis ligamentisque et nexibus generaliter universis tam in toto quam in parte firmiter tenere complere exequi et inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis [illegible] quotiescunque opus fuerit satisfacere praefatam recognitionem ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam recognitionem vicissim in toto referendo [illegible] sub vadio triginta florenorum pecuniae polonicae per eundem regnantem aut eius successores praefatis Generosis Skorkiewskim Coniugibus aut eorum posteris ob non completionem promissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendi. Insuper praenominatus regnans Generosus Stanislaus Sobiekurski praefatis Generosis Skorkiewskim coniugibus aut eorum posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem roboratoriam ex his Actis Castrensibus Premisliensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit ac si per ipsemet recognoscentem transportata foret. Pro quo quidem vadio modo promisso ad soluendum succubito ac pro re aliqua principali non completa complendisque promissis citatus extunc praenominatus regnans Generosus Stanislaus Sobiekurski aut eius successores ad instantiam suprascriptorum Skorkiewskich coniugum aut eorum posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneatus Premisliensis extunc recessu supra scripto quoad se spondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praefatum [illegible] inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem primum peremptorium terminum et alios omnes consequentes eiusdem Causae terminos semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari adminimenta ad Quietem vel aliis quibusvis legalibus impedimentis

et dillationibus non differendo ad quietationem ultra proximos ter-
minos officii praefati Castrensis Premisliensis dillationem sibi non recipi-
endo nullasque motiones appellationes earumque prosequutiones fa-
ciendo praemissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasi-
onibus suspensionibus fatalibus iuris praesentiptione terrestri
bello Conventionesque et aliis omnibus iuris remediis et defensis
non subterfugiendo hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante.

Wysoczanski Wysszlowe z Obligat

Ex Cod. Comparens personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Generosus Marcus Wysoczanski sanus mente
et corpore existens a Terrestribus districtualibus iuribus iurisdictionibusque suis qui-
buscunque propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni officii
praesentis Castrensis Premisliensis quoad actum praesentem attinet se cum
successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atque subiiciens palam libere publice ac per expressum recognovit.
Quia ipse bona sua iure ac titulo quovis possessa videlicet totam et
integram villam Wosszance in Districtu Premisliensi consistentem cum Curia
et Praedio ibidem sitis cum omni praemissorum iure dominio et proprietate
tituloque obligatorio Cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilita-
tibus fructibus proventibus redditibus emolumentis attinentiis et
pertinentiis generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro se succes-
soribusque suis aut alio quopiam reservatis seu exceptis sed omnibus in gene-
re et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo
derogando verum ita late longe circumferentialiter prout praefata bona se in

suis metis

Sex: 11 fol 6

suis metis et limitibus ab antiquo extendunt ac protenduntur et prout
eadem bona ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque con-
cernebant ac eidem serviebant ac eidem serviebant. Jam ex nunc
et de facto Generosae Zuzannae Sokolnicska Generosi Pauli Weszel
Consorti legitimae et eius posteris in summa quatuor millium florenorum
pecuniae polonicalis certi debiti mutuataque pecunia hinc ad Festum Con-
versionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturum incidentis et in
defectu protunc exemptionis et summae praefatae persolutionis ex hunc ad
aliud simile Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Mil-
lesimo Sexcentesimo trigesimo venturo et sic consequenter de anno
ad annum annis et Festis continue et immediate se sequentibus
usque ad exemptionem bonorum praefatorum et summae praenominatae inte-
gram et indivisam persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit
prout praesens obligat inscribit et invadiat. Etiam ex nunc coram officio
praesenti idem recognoscens Generosus Marcus Wysoczanski eidem
obligatariae suae eiusque posteris in eadem bona praesens obligata dat
et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem
per Ministerialem et Nobiles quosvis officio se acceptans per ipsum obliga-
tariae et eius successores bona eadem praesens obligata tenendi haben-
di possidendi illisque pacifice et quiete uti fruendi modo ac titulo
obligatorio Debebitque et tenebitur praefatus recognoscens Generosus Marcus
Wysoczanski prout se ac suos successores in et super bonis suis
generaliter omnibus inscribit et obligat praesentibus eandem Nobilem
Zuzannam Sokolnicka et eius successores in eisdem bonis obli-
gatis et ratione eorundem ab omni et quavis impetitione iuridica